

Quod studium adeo ingens est, ut scientiam pariat quae, non tota simul in singulis peritorum mentibus inveniatur, sed inter omnes divisa in coetu eorum quasi per partes existat. Unde et profluunt illa opera collectiva, dictionaria, periodica, occasionalia. Unde et desiderantur ~~conspectus~~ recentissimarum investigationum recensiones, conspectus, bibliographiae. Unde ipsae monographiae ~~ea lege componuntur ut totum quoddam scientiae organice crescat~~ ea lege componuntur, ut quod prius determinatum est quasi organice augeatur, et futuris incrementis locus iam praeparatur.

At ingens hoc studium, etsi propriam suam naturam propriasque exigentias habeat, facile tamen ab aliis in alias trahitur partes.

~~Quare, qui nisi manualia theologica <sup>legit</sup>, eaque paululum antiqua, minus ipsum hoc studium addiscit quam qui in eo latere solent errores: rationalismus, immanentismus, idealismus, liberalismus, relativismus, modernismus, positivismus, et nuperrime ~~etiam~~ existentialismus~~

Quare, qui olim non lege bat nisi manualia theologica, minus ipsum hoc studium addiscebatur quam qui in eo latere solebant errores: rationalismus, immanentismus, idealismus, positivismus, liberalismus, historismus, relativismus, modernismus, et nuperrime <sup>m</sup> existentialismus <sup>s</sup>. Sed praesertim post apostolicam constitutionem, Deus scientiarum Dominus, et litteras encyclicas, Divino afflante Spiritu, tum communius tum plenius promoventur investigationes positivae.

Quarum rationem si quaeris, eam non aliam invenis quam ut pro propria sua natura exerceatur intellectus humanus. Sic<sup>u</sup>t enim noster intellectus pro statu huius vitae nihil intelligit quod sensus ei non subministrent, ita studia positiva de quopiam alio non quaerunt praeter ipsa documenta quae exstant et investigantur; neque ullam accipiunt intelligibilitatem praeter eam quae in ipsis examinatis documentis ~~non~~ conspicitur; neque alia lege in unum confluunt atque coalescunt quae in multis intelligendis

## INTRODUCTIO

Praeteriti temporis quotquot humana industria reliquit ~~et~~ vel monumenta vel documenta, ea omnia et singula in diversa studiorum genera assumi possunt, ut alii grammatica et linguistica, alii litteraria et historica, alii scientiam de rebus inquirant. Sed ipsa haec genera, etsi manifeste diversa, etsi aliud alium prosequatur finem et alia utatur methodo, etsi seorsim coliam iam pridem ~~et~~ soleant, tamen in suis elementis ad unum redeunt et in ipso eorum usu ita aliud sub alio respectu ab alio dependet ut omnia, aequo servato ordine, sibi mutuo opitulari debeant.

Quo d enim in elementis unum sunt, manifestat communis experientia. Nam qui alium audit vel legit eumque statim intelligit, quattuor simul facit: (1) verba nempe intelligit quid significant; (2) auctorem intelligit quid intenderit; (3) rem intelligit quam auctor intendit verbaque significant; (4) se ipsum denique demonstrat eas mentis et cordis dispositiones excoluisse ut statim intelligere posset.

~~Quam ob causam, ex communi quadam radice ~~ipsis~~ procedunt~~

Quam ob causam, qui documenta interpretatur, in unum usum simul adhibet tum studia linguistica et grammatica quibus mediatur sensus verborum, tum litteraria et historica quibus mediatur auctoris intentio, tum de rebus scientiae quibus iudicantur <sup>a</sup> tum verborum sensus <sup>quam</sup> ~~verum~~ intentiones auctorum, tum denique quas in anteacta vita excoluit dispositiones habitusque acquisivit unde tam prompte tamque faciliter verum documenti sensum perspicit.

cumulantur, quam ea ipsa qua crescit rerum intelligentia in parvulis, in pueris, in vulgo, in ordinaria cuiuscumque vita. Positivi ergo studii conclusio non est quae vel ex ipsis documentis non sponte oritur vel iisdem non confirmatur.

Attamen illud praetermitti non oportet quod, quidquid recipitur, ad modum recipientis recipitur. Non enim ex proprio usu intellectus humani proveniunt quos supra enumeravimus errores sed, sicut aliter crescunt arbores in montibus ac in vallibus positae, sicut aliter spissae et densae ac intervallis separatae, ita etiam cotidinae vitae intelligentia alia esse solet ubi alius est ~~camp~~ locus, alia lingua, aliud ~~ergo~~ tempus, alia natio, alia classis socialis, alia occupatio, alia religio. Quod si tanta observatur variatio in iis ubi immediata est experientia continuusque rerum usus, haud mirandum est quod studia positiva in alias conclusiones alios conducere videantur ita quod studia positiva de antiquis et longinquis tractant ut alii saepius in alias conclusiones conducantur. Neque tamen ideo de iis desperandum est quasi nullus unquam certus fructus ex iis percipi posset, cum neque pauca neque dubia iam sint percepta, cumque ipsa iam peracta studia reflectioni et crisi subiciantur, ut defectus excessusque corrigantur, ipsaeque methodi perficiantur.

Ad quod studiorum genus <sup>ita</sup> pertinet theologia positiva ut tamen veri nominis theologia sit. Eius enim obiectum est Deus, eius principium est ratio per fidem illustrata, eius ~~max~~ medium est verbum Dei ~~ma~~ revelatum et magisterio Ecclesiae ~~declaratum~~ declaratum. Quibus in omnibus cum theologia dogmatica convenit, ~~et~~ sed ab ea <sup>quia</sup> distinguitur oratione utitur non recta sed obliqua, ut scilicet dicat, non talem esse Deum, sed taliter de Deo sensisse vel Isaiam vel Paulum vel Ioannem vel Irenaeum vel Athanasium. Quae sane differentia non tota in modo dicendi ponitur, sed potius tamquam signum atque sigillum intelligi debet peracti positivi studii.

## INTRODUCTIO

Quemadmodum de Deo Trino conveniat tractationem dogmaticam et scholasticam ordinari, quae tum suam et propriam servet indolem, tum consona inveniatur recentiorum studiis positivis et historicis, gravius quoddam nostri temporis problema methodologicum esse agnoscitur. Neque de hoc problemate pro sua amplitudine disserere nunc volo, sed eas tantummodo rationes regulasque exponere quas in hoc opere componendo et conscribendo opportunas duxi.

Proinde, ut e ~~max~~ maxime obviis ordiar, dogmatica theologia dogmata exponat necesse est. Quare, quae in hac prima parte proponuntur quinque theses, ea ipsa enuntiant quae in conciliis oecumenicis determinata sunt: (1)<sup>de</sup><sub>A</sub> consubstantialitate Filii in c. Nicaeno I; (2) de divinitate Spiritus sancti in c. Constantino-politano I; (3) de distinctione personarum tum in aliis et prioribus symbolis tum denique in decreto pro Iacobitis; (4) de processione Spiritus sancti in c. Lugdunensi II et in decreto pro Graecis; (5) de mysterio denique in c. Vaticano I.

At satis non est ipsa repetere dogmata, ubi docet Ecclesia illud theologiae esse munus nobilissimum, quod ostendat quomodo ab Ecclesia definita doctrina contineatur in fontibus eo ipso sensu quo definita est (DB 2314). Momento ergo dogmatico addendum est apologeticum, non fundamentale quidem quod infideles ad fidem promovere studet, sed accesorium illud quod continuitatem atque identitatem doctrinae ~~magis~~ catholicae commonstrat.

Qualis vero intelligatur haec continuitas haecque identitas, neque brevius neque tutius dici potest quam illis Vincentii Lirinensis verbis quae sua fecit c. & Vaticanum I: 'Crescatigitur... et multum vehementerque proficiat, tam singulorum quam omnium, tam unius hominis quam totius Ecclesiae, aetatum et saeculorum gradibus, intelligentia, scientia, sapientia: sed in suo dumtaxat genere, in eodem scilicet dogmate, eodem sensu, eademque sententia' (DB 1800).

Exsistit ergo processus quidam historicus qui aetatum et saeculorum gradibus perficitur, qui identitatem servat generis, dogmatis, sensus, sententiae, ita tamen ut crescat intelligentia, augeatur scientia, proficiat sapientia, neque in paucis tantummodo vel in privatis personis, sed in omnibus et in ipsa Ecclesia.

At maior est processus historicus quam qui facile mente capiatur, et ideo exemplum proponimus quod a re brevi et simplici incipiat sed ad maiorem magisque complexam pedetentim extendi possit. Sit ergo qui alium audit statimque intelligit. Et illud animadvertite quod tria intelligit: nam (1) rem intelligit quam verba dicentis significant; et (2) verba intelligit quibus res significetur; et (3) dicentem intelligit quid intenderit. Unde et tria studiorum genera distingues. Nam alii libros legunt ut de rebus addiscant; alii libros legunt ut opera lexicographica, linguistica, grammatica componant; alii denique libros legunt ut ipsos auctores intelligant quales fuerint, quid intenderit, quemadmodum res sibi repraesentare, iudicare, exprimere soliti sint. Quam tamen distinctionem non facis circa immediata et proxima ~~sed circa fines, quasi alii ~~res~~ res addicerent quin verba cognoverint et auctorem intellexerint, quasi alii res ignorarent et auctores~~